

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. 43. 46. & 47. Decisio CXXXIII. Situatio intra limites quibus
argumentis probetur. A dominio temporali non infertur ad jurisdictionem
spiritualem. Ad præscribendam jurisdictionem quæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 43. 46. & 47.

D E C I S I O CXXXIII.

Situatio intra limites quibus argumentis probetur. A dominio temporali non infertur ad jurisdictionem spiritualem. Ad præscribendam jurisdictionem quæ requirantur.

Reverend. P. D. Taja,

Toletana jurisdictionis.

Decis. 33. 4.
part. 13.
recent.

Veneris 10. Iunii 1661.

S U M M A R I U M.

- 1 Sententia validitas servatis omnibus requisitis controverti non potest.
- 2 Sententia iustitia unde resultat.
- 3 Episcopus intra limites sua diocesis habet suadatam intentionem quoad jurisdictionem.
- 4 Situatio intra limites Episcopi præsumitur nullo alio concurrente Ordinario.
- 5 Concordia inter partes celebrata situacionem probant.
- 6 Situatio probatur ex confessione partis.
- 7 Testes remissorials quando concludent probationem facere ducentur.
- 8 Decimarum percipio ad effectum pro-
- 9 bandi situationem optimè conducit.
- 10 Solutiones annua ratione erogationis eales sacri & chrismatis situationem probant. § n. 10.
- 11 Exercitium continuatum actuum jurisdictionalium situationem concludit.
- 12 Assertiones Summorum Pontificum multum quoque conferunt.
- 13 Productiones sine compulsorialibus & citatione partis huc pendente extracta non sunt in forma probanti.
- 14 Productiones de jurisdictione etiam Ecclesiastica Episcopo præjudicium inferre non possunt.

XXX 2

15 Pro-

- 15 Productiones afferentes partem decimam per Episcopum recipi, contra ipsum auctorem restorantur.
 16 Dominium temporale non infert ad iuris d. spiritualem.
 17 Papa solus dicens separare potest.
 18 Immemorabilis ad inducendam presumptionem Apostolici privilegio oportet.
 19 Privilegia Religioni Hierosolymitana concessa ultra septa eorumdem Monasteriorum non extenduntur.
 20 Exemptio simplex, territorium separatum non efficit.
 21 Episcopus Malleitanus habet iurisdictionem spiritualem in ipsa insula.
- 22 Immemorabilis, ut suffragetur, debet esse canonizata per tres conformatos.
 23 Immemorabilis per testes nulliter examinatos non probatur.
 24 Prescriptio quadragenaria cum titulo putativo non admittitur nisi cum ea titulus expressus concurrat, & numero 26.
 25 Prescriptio quadragenaria ut subjicitur, ex actibus legitime probari debet.
 26 Sententia revocata nihil concludit.
 27 Sententia ad solos ministros restricta, ultra extendi non debet.
 28 Sententia ad solos ministros restricta, ultra extendi non debet.

IN prosecutione litis huius sacro tribunali commissa anno 1610. super omnimoda jurisdictione ordinaria in oppido Consegra, Alcazar, & aliis quindecim Prioratus sancti Joannis Hyeronimitani inter Eminentissimum D. Cardinalem de Sandoval Archiepiscopum Toletanum, & Serenissimum Magnum Priorum Castellae, & Legionis post varias disputationes, & undecim resolutiones concernentes compilationem procelium, eorumque validitatem sub die 15. Junii 1657. coram R.P. D. meo Bevilaqua, demandatum fuit, ut videtur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, quo causâ bis latissimè discussa utraque parte informante duæ emanarunt decisiones favore Eminentissimi Archiepiscopi 9. Maii 1659. & 21. Maii 1660. ex quibus fuit expedita causa prius per decretum concedendo eidem D. Archiepiscopo mandatum de manutendo in possessione, seu quasi exercendi omnino adam jurisdictionem in omnibus locis terris & oppidis Prioratus presentis summar. num. 2. & deinde per cedulam declarando Prioratum hujusmodi, & ejus loca fuisse, & esse in diaconi, & de diaconi Toletana, omnimeadumque jurisdictionem ordinariam spiritualem Ecclesiasticam, & Archiepiscopalem, quod utramque legem diaconiam, & jurisdictionalem cum omnibus eorum effectibus privative, quod D.M. Priorum spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere ad ipsum Archiepiscopum Toletanum, uti verè & propriè ordinarium d. Prioratus, ejusque locorum datur presentis. At commis sà mihi causâ appellationis simpliciter, quoad sententiam, & cum facultate manutendi quem de jure, quoad decretum manutentionis, duo dubia distincta disputa proposui. Alterū super manutentione, & alterum

alterum super confirmatione sententiae rotalis, quibus transmissis Agentibus M. Prioris: diuque expectatis, tandem causam proposui 13. Maii præteriti, & ad instantiam eorumdem Agentium fuit dilata resolutio ad secundā Rotam 4. Junii, hodie vero iterum cœla proposta, & dictis Agentibus pariter informate recusantibus, novamque pœnitentibus usque ad kalendas dilationem, Domini responderunt, sententiam Rotalem esse confirmandam, quia de validitate dubitari non potest, dum servata fuerunt omnia requisita, *vulg. deci. Caputag. 260 par. 2. de justitia verò abundè constat ex fundamento, rationibus & auctoritatibus in dictis decisionibus latè deducitis.*

Etenim præmisso (ut dicitur in prima deci. §. quoniam) quod controversia non est super jurisdictione in monasteria Prioratus, nec in personas intra eorum septa degentes, cum super illis D. Archiepiscopus nullam aliam jurisdictionem prætendat, nisi illam sibi attributam à sacro Concilio Tridentino, ut Sedis Apostolicæ delegato, sed quæstio cadit super ordinaria jurisdictione in populum utriusque sexus, Ecclesiæ & Clericos sæculares locorum, de quibus agitur extra lepta monasteriorum Prioratus degentes; unde illorum respectu dum concludentissimè constat de situatione dictorum locorum intra fines suæ diaœcis, quæ à scribentibus pro Serenissimo M. Priore in disputatione secundæ decisionis potissimum admissa fuit, ut in ea legitur in principio, utique D' Archiepiscopus pro dicta omnimoda jurisdictione fundatam habet intentionem suam, tam in dispositione facrorum Canonum cap. conquerente, 16, de offic. ordi. C. cum Episcopus. 7. eodem. tit. in 6. C. cum persona, in fin de privil. pariter in 6. & C. omnes Baſilice 16. q. 7. quænam decreto sacri Concilii Trid. sess. 6. cap. 5. sess. 7. cap. 8. sess. 14. cap. 2. 3. & 8. sess. 21. cap. 8. de reform.

Concludentissimè siquidem, ex quibus probatur prædicta situatio ultra generali presumptionem quæ viget pro Episcopo, quando nullus aliis concurrevit Episcopus qui prætendat eadem loca existere in sua diaœci, ut ponderavit Rota coram Burattio deci. 578. num. 1. in recent. deci. 130. num. 4. par. 8. iuxta doctrin. Felini in cap. grave num. 2. vers. 1mo videtur de offic. ordin. & primo ex quatuor concordiis inter Archiepiscopos, & magnos Piores, pro tempore celebratis duobus scilicet annis 1510. & 1516. sum. impresso alias dato coram R. P. D. meo Bevilacqua, num. 1. 2. & 3. in quarum omnibus illa omnia jura integrè referuntur Archiepiscopo, quæ propriè pertinent, & præse ferunt ordinariam, & diaœclanam jurisdictionem, ut bene probat prima deci. §. 1. cum seq. atque in duabus recentioribus magnus Prior exprefse fassus fuit loca, de quibus agitur esse in diaœci & de diaœci Archiepiscopatus Toletani, indubium est, confessione patris probati situationem, ut præter auctoritates in d. prima deci. allegatas sub §. rursus claram optimè Rotam coram Pen. dec. 1052. antenum. 1. vers. 2. ex confessione coram Buratt. d. deci. 578. num. 4. & in recent. d. deci. 130. n. 7. par. 8.

Secundo ex duobus testibus remissorialibus pro M. Priore examinatis, qui ingenuè & concorditer fassili fuerunt, quod loca controversia faciunt terminum clavulum

& sunt de Archiepiscopatu Toletano eodem summ. num. 10. cumque non solum dicti testes inducti, & examinati fuerint, sed etiam ejus agentes illorum depositiones in iudicio pro eo exhibuerint, illisque usi fuerint, faciunt propere contra eum concludentem probationem, ut praeter auctoritates allegatas in dicta prima decisiōnē concurredit alterius Adden. ad Gregor. decisiōnē 215 sub num. 9. versio. se tam en.

8 Tertio ex perceptione decimaru ex dictis locis actualiter facta, & usque nunc continuata, tam per Archiepiscopos pro tempore pro ipsorum portione Pontificali, quam per Ecclesiam Cathedram pro sua fabrica, quam etiam per Archidiaconum Toletanum cum Capitulo ejusdem Ecclesie pro præbendis d. summ. num. 21. quam quidem decimaru perceptionem ex textu in C. de his, & in C. de terminis 10. par. 1. optimè ad effectum probandi situationem ponderavit Rota in Mariacene. jurisdictiones 18 Februarii 1647, coram bon. mem. Bichio s. probat inquam vers. item Episcopus S. in 1. decisiōnē huius cause §. 1. in fine.

9 Quarto ex solutione certæ quantitatis pecuniarū, tritici ac hordei in locis, de quibus agitur, annuatim facta Archipresbytero de la Guardia Toletana diæcesis à quolibet fonte baptismali Ecclesiasticorum prioratus, ratione olei sancti & chrismati, d. Summar. num. 11. Christma enim, & oleum sanctum non nisi à proprio diæcelano datur C. presbyt. 123. de consecrat. distinct. 4. C. derin. cons. 4. de privil. Rota in parvulo in Salisburgen. jurisdictionis prima Iulii 1643. coram Reverendissimo Archiepiscopo Tarraconen. in recent. 220. num. 2. par. 9.

Quinto denum ex continuato exercitio actuum utriusque legis diæcensis & jurisdictionis, & utriusque speciei jurisdictionis voluntaria & contentiose, quod probatur ex 374. processibus & iuribus in dictis legitimè exhibitis d. summar. numer. 22. cum seqq. & firmat 1. decisiōnē. hunc esse verum. que ascendentia ad folia 24. mill. ¶ 1 validè fuisse compulsa firmat decisiōnē 245. coram Eminentissimo Osthobono. benē enim & concludenter situationem justificat continuatum exercitium actuum jurisdictionalium & Episcopaliū, cap. 1. de relig. domib. ubi Abb. numer. 3. & consil. 63. num. 13. in fine vers. tum quia casrum lib. 2. Pen. decisiōnē 1072. numer. 3. Rota coram Burratta decisiōnē 578. numer. 12. ibique addent. numer. 15. apud Tamburin. de jure Abb. decisiōnē 47. num. 4. & apud Pößl. de manut. decisiōnē 310. num. 3.

Et hæc omnia clarissimè comprobant Breve sanctæ memorie Clementis VIII. de voto sacre Congregationis Concilii emanatum, in quo declaratur Archiepiscopum Toletanum esse verum diæcclanum locorum, de quibus agitur, & Vallatos Prioris promotos ad sacros Ordines sine ejus dimissorijs esse irregulares, atque Episcopos, ¶ 2 qui ibidem de mandato Prioris illos ordinarunt, & Pontificalia exercuerunt, incidisse in censuras. d. Summar. num. 20. & firmatur in d. decisiōnē 5. tum etiam valde enim conferunt ad probandam situationem intra terminos certæ diæcesis Summorum Pontificium assertiones, ut dixit Rota dec. 405. num. 1. par. 1. & dec. 220. num. 4. par. 9. recent.

Non

Non obstant 28. folia nuper in actis pro parte D. Magni Prioris adducta , tum 13
quia non sunt in forma probant tanquam extracta late pende sine compulsoriali-
bus, & sine citatione partis. *Pnt. decif. 152. num. 1. lib. 3. in correcl. Coccin. decif. 289.*
numer. 6. Buratt. decif. 338. numer. 2. tum quia continent proprium particu- 14
*late inventarium bonorum & locorum in temporalibus spectantium ad Priora-
tum, ponendo fines ejuslibet praediū , vineæ seu terrarum ad contradistinctionem*
unius ab altera confectum anno 1578. & sic late pende super jurisdictione de qua
agit , quod et si contineret positionem terminorum & confinium cum Tolentina
*diæcesi, atque et si in eo assertatur Priores habere Ecclesiasticam jurisdictionem, illi ta-
men leu ejus Archiepiscopo nullū præjudicium inferre posset juxta glos. expressam in*
clem porro verb. diæcſim de elect. Hieron. de Monte finib. cap. 75. num. 9. Et quæſt. 76.
numer. 7. Et 8. tum demum, quia potius recorquentur , cùm etiam in ipsa alteritur 15
tertiā partem decimatum percipi per dignitatem Archiepiscopalem Toleranam,
quæ quidem perceptio portionis Pontificalis probat situationem in propria diæcesi,
ut firmatum est supra §. 3. ex perceptione.

Polita autem hujusmodi situatione M. Prior Dominus temporalis locorum de 16
quibus agitur , jurisdictionem spiritualem prætendere non potest , nisi vel exhibeat
privilegium Apostolicum , cùm solus Papa possit preparare & concedere diæcem. 17
Abb. in C. cum contingat. num. 18. de foro comp. Gratian. discept. 212. num. 17. Rota decif.
324. n. 2. p. 1. ree. apud Tamb. ubi supra dec. 50. n. 10. Et dec. 55. num. 2. Buratt. dec. 912. nu-
1. Et in 1. decif. §. non obstat. vel plene justificat immemorabilem , quæ sola ad hunc cf- 18
fectum potest inducere præumptionem privilegii Apostolici. ad text. in C. si Papade
*privil. in 6. Gemin. in C. cum Episcopus. num. 4. de off. ordin. eod. lib. 6. Marefotti. var. re-
sol. lib. 1. cap. 11. num. 9. Loiter. de re benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 271. Mant. dec. 296. nu. 1.*
cum similibus.

Privilegium enim huic Prioratu à Sede Apost. particulariter concessum D.M. Prio-
rii non habetur neque allegatur, illa autem S. Religioni Hierosolymitanæ concessa non 19
continent nisi nudam & simplicem exemptionem Ecclesiarum & bonorum, mona-
steriorum, fratrum servientium, aliarumque personarum intra lepta eorumdem mona-
steriorum actualiter degentium , ex qua non potest prætendi territorium separatum 20
cum translatione jurisdictionis quali Episcopalis in præjudicium ordinarii. *Felin. c.*
grave n. 2. de off. ordin. Rota dec. 207. num. 2. p. 2. divers. Et in recent. decif. 324. nu. 1. Et 3.
p. 1. Et d. decif. 220. n. 23. p. 9. idque optimè agnoverunt Eminentissimi M. Magistri pro
*tempore , in quibus resedit caput hujus S. Religionis , cui prædicta privilegia prin-
cipaliter concessi fuerunt, dum nunquam contenderunt habere territorium separa-
tum cum jurisdictione quæ si Episcopali , sed semper receperunt in propria Insula* 21
proprium Episcopum Milevitaniū ad tradita per Federic. de Senis cons. 151. num. 1. Et
num. 3. cum aliis in 1. decif. §. Tum evidendum.

Imme-

- Immemorabilis verò, quæ ulterius ad hunc effectum debet esse canonizata per
 22 tres conformes in contradicitorio judicio, ut ex mente sacra Congregationis re-
 spondit Rotaria rec. decis. 148. num. 1. par. 2. Et dec. 600. num. 15. p. 4. tom. 3. nec proba-
 ta est, nec probari potest, cùm testes partim sint nulliter examinati in Concilio Re-
 gio, & partim non habeant legitimam aetatem ante motam litem anno 1503. & 1527.
 nec deponant cum omnibus requisitis. glossa in cap. 1. verb. memoria de prescript. in 6. in-
 late in 1. decis. §. sublati itaque, ubi & in alia subsequenti lausissime responderetur om-
 nibus contrariis.
- 24 Allegatio autem quadragenariae cum titulo putativo iam plenissimè sublata est in
 2. decis. §. sed fundamenta, tum quia talis praescrictio non admittitur, nisi cum ea con-
 currat titulus expressus; tum quia non probatur legitimè, cùm deducatur ex aliis, qui exceptis visitationibus anni 1491. & 1500. factis de ipsius monasterii jure mona-
 stico, non autem diocesano, omnes facti fuerunt post capitula lites anno 1503. &
 1527, cum demum, quia non possint praestare titulum putativum sive privilegia, si
 ve asserta sententiae de annis 1528. & 1544. privilegia enim dum non continent ti-
 tulum expressum, nec potest eis educi putatus propter malam fidem ex illorum le-
 & cura resultantem. Gemin. cons. 96. n. 4. Et decis. 2. §. privilegia scilicet.
- 27 Ex sententiis vero prima habet expressam relationem ad privilegia Religionis, &
 insuper anno sequenti revocata fuit ut in summ. addit. D. Archiepiscopi coram R. P. D.
 Bevilacqua num. 1. Secunda verò in verbis expressè restricta est ad tolos ministros &
 inservientes monasterio, ut bene ponderat eadem 2. decis. §. prima verò, Et §. secun-
 da autem.

Et ita unica tantum &c.



D E.